quod fuerat, sed coepit esse, quod non erat, deum perfectum et hominem perfectum, ut deus mirabilia perficiens et ut homo humanas passiones sustinens. Ita verum hominem et verum deum praedicantem patre nostro Silvestro summo pontifice intellegimus, ut verum deum verum hominem fuisse nullo modo ambigamus; electisque duodecim apostolis, miraculis coram eis et innumerabilis populi multitudine coruscavit. Confitemur eundem dominum Iesum Christum et implesse legem et prophetas, passum, crucifixum, secundum scripturas tertia die a mortuis resurrexisse, assumptum in caelos atque sedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicare vivos et mortuos, cuius imperio non erit finis.

Haec est enim fides nostra orthodoxa a beatissimo patre nostro Silvestro summo pontifice nobis prolata; exortantes idcirco omnem populum et diversas gentium nationes hanc fidem tenere, colere ac praedicare et in sanctae trinitatis nomine baptismi gratiam consequi et dominum Iesum Christum salvatorem nostrum, qui cum patre et spiritu sancto per infinita vivit et regnat saecula, quem Silvester beatissimus pater noster universalis praedicat pontifex, corde devoto adorare.

Ipse enim dominus deus noster, misertus mihi peccatori, misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos et lumen sui splendoris in-

---

Pseudoisidor. Lang- und Kurzversion:

62. praedicantem] praedicante $C_4 C_5 C_B$. 66. dominum] dominum nostrum $C_4 C_5$. 69. imperio] imperium, *korr. zu* imperii $C_3 C_4$. 71. orthodoxa] ortodoxa C_B. 72. prolata] *danach:* III. Exortatio constantini ut omnes nationes hanc fidem teneant quam ipse suscepit $C_5 C_B$; *wie* C_5, *Abweichung*: Exhortatio C_4. 72. exortantes] Exhortamur C_4. 74. nomine] nomen C_5. baptismi] beatissimam $C_5 C_B$. 76. saecula] in saecula $C_5 C_B$. 77. pater] *fehlt* $C_3 C_4$. 78. adorare] *danach:* IIII. Qualiter constantinus sit a lepra mundatus $C_4 C_5 C_B$.

Anselmo dedicata:

60. coepit] cepit *B*. 65. innumerabilis] innumerabilibus *V*. multitudine] *fehlt*. 69. imperio] imperium. 71. patre] papa. 72. prolata] *danach*: XIIII. Exortatio Constantini ut omnes nationes hanc fidem teneant quam ipse suscepit. Eiusdem kapitulum III. 74. nomine] nomen *B*. baptismi] beatissimam. 76. saecula] in secula. 78. adorare] *danach Lücke bis 134*, *Wiederbeginn*: Levatoque.

Coll. XII partium:

60. coepit] cepit. 62. praedicantem] praedicante. 64. duodecim] XII. 66. dominum] dominum nostrum. 69. imperio] imperii. 72. exortantes] Exortamur *Be*, Exhortamur *Ba*. 76. saecula] in saecula. 77. pater] *fehlt*.